

## **Оссолінські колекції.**

**CD – диск виконано в рамках угоди укладеної з квітня 2004 р. між Львівською науковою бібліотекою НАН України у Львові і Національним Закладом ім. Оссолінських у Вроцлаві.**

Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.

Zespół (fond) 4.

Zbiór rękopisów Biblioteki Baworowskich

Dział (opys) 1

769. Copia Manuscripti Jacobi Pszonka (z Babina) 1354-1620.

*STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE*

Львівська бібліотека  
АН УРСР

ВІДДІЛ РУКОПИСІВ  
Баб. 769

COPIA MANUSCRIPTI

JACOBI PSZONKA

1354 — 1620

*Ex Bibliotheca*

*Alexandri Batowski.*

769



Nr. 769.

IV. E. 10

58

(Vide Tom XII. str. 140. Over. Krol war Tom.  
proprietor rank. O. Rylte; Babu's Key.)

Pamiętniki

Jakuba Pszonki i Babina

od R. 1354 do R. 1620.

(własnoręcznie po łacinie i po polsku  
napisane.)

niewydane.

---

## Genealogia.<sup>\*)</sup>

7.

1519 Ista za skaranienem Jakiemscy Jan-  
skiem tho czaow naszek powstalo ze sie  
werynacia czele rosterky raktim ieden  
drugiego wstawie w urodzeniu czele a  
gusto macra y do naganienia wstache-  
ctwie przychodzi prze tom tu troche crom  
ad manum miał polozit Genealogia przed-  
kow swich abt laktwie sie na potem tho  
pokazach moglo na cho sie zli swoiath tems  
rozpasal.

1560 Lecz to iest nawiethsza ozdoba będzi rea-  
ctnich przothkow urodzony w domie staro-  
kithnem starozithney cnoti nastadowak  
a cnotlichoweni spravamy sweni y so-  
bie slawe y Przodkom swem ctyrnich  
bini potomkowic tho widradz takicy ze  
cnoti nastadowali.

A. D. 1554. Piotrowi Pionre Krowo-  
now wrieto mistusnie.

\*) Pracy notala genealogiczna Rodziny Pion-  
kow wlasus rktu Jakuba okolo r 1615  
uryjona.

w Sabinie

4. w Babinie tedy widze napierwsthem bick die-  
dickem jako mam dowod z munimentu  
wr. 1420. P Szonka Mikolaj ktory z  
Radawerem granice determinowal ten mial  
z tudorowa Delcankę sina mikolajca.

a. D. 1434. Piotr Szonka ten potomek  
tego mikolajca granicil od Streszkowicz  
z dziedziorkami Streszkowskiemi ktori  
potem mial sinow piatcy. mikolajca,  
Piotra, Marcyjna, Jana, Woyciecha.  
Dzial tych anno 1445. mikolajcow o Ja-  
mie y Woyciechu niemam wiadomosci.  
mikolajcowy na ugo dzial dostali sie,  
Streszkowicze ktori potem mial trzech  
sinow mikolajca, Piotra y Jana. Mi-  
kolajcowy macierzyste dobra sie dostali  
Swierze y Chirtasz (?) y wola Swierska  
od ktorego p. P Szonkowie Jawiczy  
Piotrowy y Janowi Streszkowscy nie-  
jednno dzisiejszy pan Stanislaw Streszkow-  
sky.

marcin s piotrem w Babinie dzial wic-  
ty anno 1455. Od marcyjna (ktori  
mial sina Jana P. Babinskigo P. Ba-  
binsky). mikolajca Karkristiana y Karkny  
skyan mial Lepuska mial drzewek 9.)

ida

6. ida, dnievek po kattrystyanie panowie ka-  
szowski y panowie palerowski y paler-  
wicz.

1519

Od piotra ktori miał za kliczanke za so-  
ba Anno 1465 (a ten podsedkiem Lubel-  
bil) siii mikołaj ktori był pisarzem  
krainstkim Lubelskim ktori Pelcranke  
Diedrichę z Gielerwie miał za soba, a  
druga Sobiesky, ze Pelcranke urodzila  
Latycerinska z Gorayera ktora urodzila  
Stanistawa Pstronke ktory z Niedrowicz-  
ka miał Stanistawa y Jakuba Pstron-

1560

ky aco ich było więcej ale reszta sterilitor.  
Starze Wierzypospolity Stanistaw Janow-  
ska, Jakub Cieszkowska poięty. Ze Nie-  
drowicka kawadzka urodzila. było tuż  
kawadzkiu pigoz 1 za Stana 2 za Nie-  
drowickim Stanistawem 3 za Jasienskim  
a dwie za Czaskiemy bracia. Niedwi-  
orkich było 3. Jan Sterilis. Stanistaw  
(od tego . . . . Pawie Skadnicka Pstron-  
czna y Pacrauwowska . . . .) reszta blado  
nie wyraził; zobczia dotem brakuje. —

(mss. LX in f. bibliot. Gfol. f. 4.)

Dalsza

6. (Dalsza wiadomość kładzie się wyista z pa-<sup>5</sup>  
niżnika Fawickiego Jakuba Płonki który  
tu następuje cały przepisany.)  
R. 1580 umarł w Dabinie Stanisław Płon-  
ka ojciec i Barbara z Niedzwiczy Niedzwic-  
ka matka Jakuba. Stanisław Brat jego  
znajdował się na wyprawie przeciw Masy-  
liana pod Krakowem. Tenże postąpił r. 1591  
Anna Janowska. Anna Niedzwicka posła  
za Szadnickiego ze Zmigroda. Anna zaś  
z Babunia (Płonczanka) siostra Stanisła-  
wa wydana za Kaszowskiego zmarła r. 1592.  
w którym roku nasz Jakub (autor Dzien-  
nika) ożenił się z Dorotą Leiszkowską - R.  
1593 urodziła się im córka Zofia Anasta-  
zja którą wydali r.     za Wacława Za-  
moyckiego. Tegoż roku umarł młody So-  
bieszki Jakuba Płonki cioteczny brat (Aes-  
te w następnym Dzienniku tegoż.) —

---

Chronologia

Agustinus ... A. D. 1507

... Michael ... affected 1507

... Krakowski ... A. D. 1508

... Glincoy ... 1508

... 1509

Chronologia

... A. D. 1511 ...

(ab Anno 1507 ad A. 1575.)

... A. D. 1512 ...

... A. D. 1513 ...

... A. D. 1514 ...

... A. D. 1515 ...

... A. D. 1516 ...

... A. D. 1517 ...

... A. D. 1518 ...

... A. D. 1519 ...

... A. D. 1520 ...

# Chronologia

10.

Sigismundus minor a. d. 1507.

Gliniski michael Ducatum Lithuanie affectat. 1507.

Tamek Krakowski restaurowan. a. d. 1508.

Labrzevinski occisus a mich. Glinisky. 1508.

Glinscy ad moscum defectio. 1508.

a. d. 1509. Plescovia a mosco capta fraude sacerdotum Ruthenorum simul & Ducatus eius.

a. d. 1511. Martinus Liberus contra indulgentias papa insurgit.

Pacta inter Tatarorum Ducem procopensem & Sigismundum Regem Polonie ac 1511.

ao dui 1512. matrimonium Sigismundi & Barbara filie Stephani Siedmigrodensis principis.

ao dui 1512. Tatarorum strages ad Wisneveciam. 25000.

Dux Latoviensis a Joanne Miszkowio occisus.

a. d. 1513 ab hoc tempore Ducatus in Capitaneatum.

Ducatus Smolenscensis et ars captus a Wasiele Moscoviorum Duce fraude per Michaelum Glinisky a. d. 1514.

a. d. 1514 ad OTSKAM Duce Constantino Ostroviendi 80000 moscorum cepta sic Swircrovo Joanne Duce polonorum.

ano dui 1519. Tatarorum incursio et strages horatium sub Sokal.

matrimonium

11. Matrimonium contractum inter Sigismundum Regem Poloniarum et Bonam Ducis Mediolanensis Sfortie filiam a. D. 1518.

a. D. 1520. die 1. augusti Sigismundus Augustus natus.

a. D. 1525. Ordo Cruciferorum in Borussia cepit, magister prussiae Dux a Rege Sigismundo creatus est sicque bellum apudum poloniae finitur.

a. D. 1526. Ducatus moraviticus adiunctus Regno poloniae.

a. D. 1526. Lodovicus Ungariae Rex a Turcis profligatus et in lacum quodam submersus.

Janusz Wayda a Ferdinando victus et pulsus ex ungaria a. D. 1527.

a. D. 1529. Nicolaus sieniciowski, Georgius Latalthy et alii invitati ad convivium a Duce Scitarum Ostauo capti.

a. D. 1529. die 1. Iulii Sigismundus Augustus creatus Dux Lithuanorum post a. D. 1530 coronatur in Regem Poloniarum.

a. D. 1531. Strages Valachorum et Turcorum ad Obertin ducis Joanne Tarnovio.

Lachy in Poloniam receptus anno 1535.

Harodub a nostris captus et 80000 moscorum caesa simul captus Dux Owena et Soyshy a. D. 1535.

a. D. 1537. Rohosk we Lwowie.

a. D. 1538. ad Seretum cum Valachis pugna.

Isabella Regis Sigismundi filia nupta Joanni Wayda Regi Ungariae a. D. 1539.

A. D.

A. D. 1542. Locustarum multitudo alias Stran-  
era. 12.

A. D. 1543. matrimonium Sigismundi Augusti et  
Helisabet filiae Ferdinandi Regis Romanorum  
quae mortuae a. 1545.

Sigismundus Augustus in uxorem ducit Barbaram  
viduam Gastoldi uxorem. A. D. 1547.

Caroli V Romano-rum Imperatoris et Ducum Sa-  
xoniae acris pugna. a. d. 1547.

mors Sigismundi Primi Regis poloniae a. d.  
1548 die Resurrectionis Domini.

Barbara coronatur a. d. 1550 et moritur 51.

A. D. 1552. Isabella Regina ungaris e Regno  
cedit tunc temporis Buda a Turcis capta.

A. D. 1552. Sigismundus Augustus ducit in uxorem  
Katherinam filiam Ferdinandi Regis Romanor.  
quae prius nupta fuit Gonzage Duci mantuen-  
si.

A. D. 1556. magister Livoniae Litterarum secta  
apertis et ordo illius Iohannes archiepiscopus Ri-  
gensis captivus a Wilhelmo margrafum Bran-  
deburgensem ad eum liberandum Sigismun-  
dus Augustus exercitum circa Poswole eduxit  
in a. d. 1557 qui exercitus centum ferme milibus  
militum constabat.

A. D. 1558. Iwanus Dux moscorum Livoniam  
vastat cum 120000 militibus in dedicationem ca-  
pit Narew scriptum et alia castra 30.

A. D. 1561. magister Livoniae omnem ditionem  
Livonicam Regi Augusto seque ipsum in tuitio-

nem

13. nem contra moscum dedit.

a. d. 1562. Despotus valachiam per Lascium  
ad uilorem occupat fugiente alexandro waf-  
woda.

Hoc eodem anno 45000 moscorum sub newel  
cesa.

a<sup>o</sup> d<sup>ni</sup> 1563. polocia a moscho capta 15 Febr  
a Iwano moscorum duc.

a. d. 1564. moscorum 25000 strages sub Vla  
eodem anno ad Orsa fluuium 50000 mosco-  
rum cesa et ad Orierisca 17000 cesa et alia  
multa milia variis in locis cesa.

a. d. 1568. Sigismundus Augustus exercitum  
contra moscum ducit ad Radoszkowice qui nu-  
meratus plus centum milium militum contra-  
bat eodem anno Vla capta a Sanguisco.

a. d. 1569. Unia Regni Polonid et Magni  
Ducatus lithuanid Lublini facta.

Hoc anno Petrus Kborowky ad Turcam  
nuntius.

a. d. 1570. faues magna per Lithuaniam et  
Poloniam.

Cesar Turcarum exercitum contra moscum mit-  
tit quem moschoicta variis in locis proflig-  
garunt sic ut duo milia uix Constantinopo-  
lini redirent cum fuerunt plus quam 100000  
et naues 150 Crahri (crahti?) dicti. a<sup>o</sup> 1570.

2. a. d. 1572. Sigismundus Augustus Kmissini mor-  
tuus quem sequuta pestis per Poloniam maxi-  
ma.

1. a<sup>o</sup> d<sup>ni</sup>

1 ano Dni 1572. Nicolai Mielechky ad wala-<sup>14.</sup>  
chos cum Bogdano expeditio.

ano Dni 1575, in Septembri et Octobri Sci-  
larum 150000 Podoliam maxime devasta-  
vunt qui dicuntur in podolia Bohrow ni  
Sataray.

Stres Bore nas o senre crasie wtem  
roku 1620. ni).

(Mss. LX in 2<sup>o</sup> biblio: Ofsol. fo 256-256<sup>bis</sup>.)

Jacobum Pronka

comotata  
emendata rursus

(ab anno 1572 ad a. 1620.)

Mors Sigismundi Augusti 20 Junii 1572  
18 Junij.

Beatus Henricus Jurei archiepiscopus in Regem  
poloniae 20 Junii 1572 apud V.

Adventus eius Res facti et formati 20  
Junii 1572 21 Julii

memoratu digna  
In vita mea gesta

per me  
Jacobum Przonka

connotata  
emendata necessaria

(ab anno 1572 ad a. 1620.)

et continuata hactenus usque  
ad hunc

Expedicio contra Mosciam Ducem quo tem-  
pore regna Poloniae et alios arcus - quo  
tempore Andrea Comiti a Jorka advenit  
Secunda Expedicio contra eundem quo tem-  
pore capti Michaelis hactenus hactenus et alio  
quam plurima res ditiones marchowit-  
icae ad hunc

quo tempore instalatus apud Jorka  
hactenus Przonka grevis vocem hactenus

Poloniae.

Mors Sigismundi Augusti a<sup>o</sup> sui 1572  
18 Junij.

Electio Henrici Ducis andegavensis in Regem  
poloniae a<sup>o</sup> sui 1573 Aprilis 7.

Adventus eiusdem 18 Febr. et Coronatio a<sup>o</sup>  
sui 1574. 21. Febr.

Profugus idem eodem anno.

Conventus Varzawie a<sup>o</sup> D. 1575 - ibidemque  
electio Stephani.

Electio Stephani Batory in Regem Poloniae  
sub Mexicra opido.

Conventus Andrzeowice a<sup>o</sup> sui

Adventus et Coronatio Stephani Batory a<sup>o</sup>  
sui

Expeditio simul contra Lascium in Lanckorona.

Eiusdem Expeditio contra Gedanenses a<sup>o</sup> sui

et continuatio belli in anno usque  
ad diem.

Expeditio contra Moschowice Ducem quo tem-  
pore recepta Polovia et aliae arces - quo  
tempore audrea Comiti a Yorka adherui.

Secunda Expeditio contra eundem quo tem-  
pore capti wiethiebuli Dawolockie et aliae  
quam plurimae arces ditiones moschowiti-  
cae a<sup>o</sup> sui

Euo tempore mystaticus agente frater Nic-  
laus Pszonka gerens vicem Rothmagistri

Patalini

19. Datalini Polocensis Leplo e vita excepsit  
vir insignis et miles egregius.

Hoc pene anno Stanislaus Psonka de Sa-  
bunio pater charissimus vir singulari pie-  
tate et gratia colendus vitam cum morte  
mutavit ad diem 1580.

Hoc anno Barbara de Niedzwiczka Pson-  
cina mater mea e vita excepsit scilicet  
1580.

Hoc anno Stanislaus Niedzwiczki de niedzwi-  
ca e vita migravit.

Tertia Expedicio Stephani Regis in moscho-  
viam Obsepa Plesovia per paucos conditio-  
nes recepta Livonia in ad diem 1582 - ibi-  
dem militavit frater Stanislaus.

ad diem 1582 Hieronimus Phylipowsky Lecti-  
strator Stephani Regis ex itinere in moscho-  
viam versus Pleschowiam nuncium agit in  
Turciam ad Imperatorem Soltan amurat  
cum quo iter agere sum quod feliciter ex-  
pedivit rediitque ad Comitia Warschawie  
acta post finitum bellum moschoviticum  
In ad diem 1583 Podoliae veni ibique mili-  
tia operam dedi.

In ad diem 1584 Arenda a Domino Zaportky  
expirata circa festum Joannis Baptistae.

Stephani Regis moticissimi mors ad diem

Militia operam dedi circa Silesiam sub pre-  
fecto Latahus Cracovia, audrea Comite a The-  
dris in ae sui

Convocatio varseavia de modo et loco electio-  
nis novi Regis in ae sui

Electio Sigismundi 3 Regis Poloniae varseaviae  
ae

Exeditio circa Cracoviam cui inter fui et mili-  
tia operam dedi.

Adventus sub Crao. Maximilianus archiducis  
Austriae.

Mors Joannis Psonka, patris charissim.

Accessus Maximilianus.

Adventus Sigismundi tertij Regis Poloniae Co-  
ronatio.

Conflictus Bickinensis et Captivitas Maximilia-  
ni.

Exeditio contra Turcas et Sutas in Podoliam  
in ae

Coniugium anne Niedzwiszka et audrea. Sta-  
dmichy a Smigrod.

In ae sui 1591. Stanislaus Psonka uxorem  
dedit virginem Lophianam Janowska. Die

Judicia militaria Tribunata a. D. 1591.

Mors anne de Babino Kasrowska ae sui  
1592. die

In ae 1592 nata filia Stanislaw Psonka an-  
na nominata die 15 January sub aquario. die

defuncta

21. defuncta a. d. sui 1594.

In a. d. sui 1592 die 2 february matrimonium contractum inter me Jacobum Pizonka & virginem docteam Cieszkowska eodem a. d. 92 die 2. feb. interitus andrea Zaporosky.

grauties inter Hereditates Pabiu & mat. crin facte eodem a. d. sui 25 mar.

nuptie facta Cracovia solennes Regi Sigismundo & anna Archiducis Caroli filia anno 92 ut supra die 31.

Divisio facta inter Stanislauum & Jacobum Pizonky a. d. sui 1592 die

a. d. sui 1593 die 1<sup>ma</sup> may hora 21 in novilunio may sub signo ariete sub signo XhQ nata mihi filiola zophia a quo postea nupta venestao Zamoyscio.

Mors Regis Suecorum a. d. 1593 Johannis Siscypus Regis Polonie in Sueciam eod. a. d. a. d. sui — Nata filiola patri Stanislao 1593. barbara.

matrimonium contractum inter Christo. Laticrenski & virginem Borhowska a. d. 1592 22 / 9<sup>bris</sup>

a. d. sui 1593 Obitus Martini Sobieski Fratri dilecti.

Obitus Stanislai Comitis a Gorka Palatini Porvamentis a. d. sui 1593.

Obitus Opaliny Marsraly Regni eod. a. d.

Mors

Mors Iouis Thucis Semionis.

Iouis alexandri Thucis mors.

Mors Georij Thucensis Iouis.

Mors Bonarj Castellani Cracoviensis.

ad Iuis 1594 redditas ex Suecia regius die  
Oppugnatio Rab a turcis a. D. 1594 in di-  
cionem Turcicam eiusdem receptio circa festa  
Michaëlis.

A. D. 1594 die 4. septembris matrimonium  
contractum inter virginem annam Cieszkow-  
ska et Stanislaum Korzenstey.

a. D. 1594 die 20 novembris nata mihi filia  
Anna hora diei ferme 18, post elapsam  
primam partem mensis decembris sub pisci-  
bus sub signo ~~ix~~.

a. D. 1594. Do Stanislae Pbronca natus filius  
die 3 augusti post plenilunium septembris  
sub piscibus sub signo 89. idem mortuus ad  
Iuis 1599 in agosto.

a. D. 1595. Gns Iouis Stanislaus Cieszkowstey  
die 21 aprilis pater amandus mortem cum  
vita mutavit.

a. D. 1594. Tatarorum per poloniam in unga-  
riam incursio copiisque unctis cum Turcis un-  
gariam vastaverunt. propugnaculum que mu-  
nissimum dictum Rab per traditionem Her-  
deij una cum civitate munissima  
cum summo detrimento totius republ. Christiane  
qui Erdecus post hac Vienna capite plexus  
cum

cum abscissione manus. Quod debimentum  
resarcendo a quo 1595 imperator et Sum-  
mus Pontifex mittunt exercitum in Ungariam  
erectaque e potestate turcarum civitate areq.  
Strigonio defuncto ducis summo exercitus  
viro industrioso ac bellicoso exer-  
citus dimittit.

quo 1595 Joannes Lamoscio  
exercituum prefectus collecto exercitu neitorum  
sita per Poloniam in Ungariam traiecit  
in valachiam ducit exercitum pallog. princi-  
pe valachico quem profecerat princeps Trau-  
silvanie nomine Rosvanaga alium pro-  
ficiat nomine Jeremiam ibique cum Tata-  
ris manus conseruntur, qui valachico prin-  
cipatu proficere voluerunt cum Tehirenseni;  
victoribus poloniis tataris inducias petunt pa-  
cemque constituunt. Discessit Jo. Lamoscio  
princeps Transilvanie cum principe Moldavie  
collecto exercitu de turrica potestate eripiunt  
principatum Moldavie Turca Ingressi relictis  
munitionibus suis que munitiones recuperant  
Moldavie, ut pote Torhovicere Bukorestum  
etc. sua victoria elatus princeps Transilvanie  
exercitum mittit in valachiam volens eam re-  
cuperare cui exercitus proficiat cum qui prius  
ab eo dominabat valachia nomine Rosva-  
naga quem poloni (quos in presidio reli-  
querat

querat Zamoyseius in Valachia, iam fugien-  
tibus Valachis cum exercitu suo plane contri-  
verunt captos. Duce exercitus polonus victoria  
positi sunt Rosvanga pale affixus. Poto-  
cuis polonis imperabat.

ae diei 1595 die natus est Regi Sigismun-  
do filius nomine James Vladislaus.

ae diei 1596 magus Nicolaus Jarlowicz cap-  
tus Sniatinen. e vita decessit.

D. d. 1599 die Katerina Fratri filiola nati.

A. d. 1596 magus procopius Sieniawsky mar-  
tratus curia regie caput. Sniatinensis d. Pa-  
tnensis mortem cum vita mutavit die 3. Januarii.

Tum temporis cum scite per poentiam in Un-  
gariam irrepserant eamque cum Turis vatta-  
verant Paboque politi sunt. Homo quidam  
nomine Nalewayko ex horatorum ordine col-  
lectis sibi similibus scitas insequenturus cum  
aliis multis et Joanne Zamoyseio  
frustra id tentando cum scita mira aleri-  
tate montes transierunt ac exercitui turico  
inecti sunt Nalewayko ille cohortem suam  
vertit in latrocinium ac rapinam primum e-  
nim vastavit opidum Kaluovy arceque  
positus omnia dirripuit suisque divisit, quod  
cum ei succederet nec ob id facinus penas da-  
ret majora tentat multosque sibi semites ag-  
gregat. Tum demum Lirckum tum temporis nun-  
dina celebrantem spoliat. Litvaniam inqref-

sus

sus fluctum & alia quam plurima opida va-  
 stat & ex preda sic locupletatur ut aliquod  
 milia hominum suo stipendio sibi ordinat. at-  
 que Naleway nominari iussit. Directa Mo-  
 hilovia ibique victo exercitu Radziwilij Pala-  
 sini Vilnensis podoliam iter aggreditur inextingui-  
 viribus cum Loboda prefecto kozakorum ma-  
 iora tentare audent ac cum exercitu polono  
 manus conserunt & multos ex polonis truci-  
 dant utpote Rothmagistrum Wernek Lasc  
 Gafierowki Sluscium omnes egregios milites  
 et alios multos & sic illa latronum turba  
 crevit ut ad quindecim milia militum nu-  
 merarentur. Ex quo magnum periculum totius  
 Reipub. iminebat fuerant enim nonnulli qui ex  
 praeterea Maximiliani archiducis Austriae id  
 fieri arbitrabantur. collecto itaque exercitu Jo-  
 annes Lamoseius iussu Regis mittit  
 Hauistauum Lolkieonim Castellatum Leopoli-  
 sem & summum Campiductorem totius exerci-  
 tus qui aliquoties conflictis manibus cum Ko-  
 zakis magno suo cum periculo eos insequitur  
 Kiouiam usque post demum Bracllacionem  
 exercitum traducendo per amnes aliquod utpote  
 Boristenem, nestrum etc et ibi ex kozakis  
 victoria politus est eosque in eam angustiam  
 redegit ut coactis principem suum Nalwayho  
 cum collegis in manus suas tradere Nalewayo  
 itaque

Itaque cum tredecim socijs cum triumpho Varsa-  
viam deducitis custodiaque usque ad egis traditis  
 ab 1596 omnes collegis capite plecti Nativitate  
 ad committas in anno 1597 Varsavia celebrata  
 reservatus suscitaturi de consensu post capite plectis.  
 ab die 1596 Cracoviam venit a Summo ponti-  
 ficis legatus nomine Cajetanus a latere vir sum-  
 mo autoritatis ut inter principes Christianos  
 constitueret ligam cui conventus locus Cracoviae  
 designatus quo conveniunt principum legati Bo-  
 lonorumque Senatores sed infectis rebus disces-  
 sum est.

Dum Legatus curam inter principes de liga agit  
 Imperator Turcarum novo adepti Imperio, quo  
 se formidabiliorum belli Christianitati redde-  
 ret. ab 1596 Exercitum ingentem in Ungariam  
 ipsemet eduxit arcemque nuncupatam Ager cir-  
 cumdidit ac tormentis quassat terram vastat  
 atque arcem cum civitate cepit strenue depen-  
 dentibus eam (meri paul) Christianis magno  
 omnium Christianorum terrore hoc insperante  
 Petro Ostrovia tum temporis legato ad Tur-  
 cam polono a Rege misso. Interim Exercitus  
 Christianus cuius Summus Imperator prefectus  
 erat Maximilianus archidux Austriae cum prin-  
 cipe Transilvanico curant ut ab obbedione Ager  
 Turcam arcerent tarde sed dum hoc facere  
 nequeunt manus cum Turcis conserunt atque  
 post

post captam arcem ager strenue dimicant  
 victoribus fidus christianis. Sed dum victoria  
 potest sunt uti victoria nesciverunt Nam  
 cum Turcae sic fugerent ut iam castris ipsorum  
 Christianis potirentur Nescio (quid terror) Deo  
 sic volente) exercitum Christianum invasit ut  
 ij qui auxiliari dimicantibus deberent (tum  
 temporis victoribus Christianis dimicantibus)  
 sic in fugam versi ut ne in propria castra  
 fugerent sed per campos soloas sine ordine  
 sparsi sunt Qui vero manus conserebant in  
 castra reddunt ac viso in castris magno tu-  
 multu nec habentes de suo Imperatore Ma-  
 ximiliano exercitus aliquid certi (pavor e-  
 nim animos omnium inculserat ob desertum  
 imperatoris) ipsi quoque collecta manu quan-  
 tumcumque in fugam versi castris & omni sup-  
 plectili bellica relictis agunt tum temporis  
 tantum terrorem Turcis inesse ut deserto prin-  
 cipe suo desertis castris sic fugerent utiam  
 in castris nullus relictus fuerit qui eas defen-  
 derit sed cum nostri prada rapina in castris  
 non eade grassarentur nec haberent a tergo  
 qui subsidium daret fugiente Maximiliano  
 Turcae vires restituant ac nostros praedantes  
 profligant sautruunt ac victoria potesti sunt  
 castris christianis & omni bellica supplectili  
 spoliatis. Hoc ipso proelio manifestum nobis  
 fecit Deus epe non invictum Imperatorem Tur-  
 carum

carum. Sed solummodo parus cultus Divinus  
 unanimis Christianorum consensus domi fo-  
 risque concordia exercitusque Imperator sed  
 vir industrius bellicosus ac virtutis amator  
 Haec clades magno timore perculsit Christia-  
 nos principes cuius regi gratia comitia in-  
 dicantur Warsaviae a<sup>o</sup> 1597. 10. Febr. Quo  
 conveniunt inter nuncios plurimorum Principum  
 ut pole Imperatoris Christiani, Summi Pon-  
 tificis Tartarorum Turcarum Muscorum  
 esse legati.

a<sup>o</sup> 1597. die 14 Febr. hora 9 natus mihi fi-  
 lius nomine Slavistaus qui fonte baptismi ta-  
 vatus 2 martij hora 3 vitam finivit non si-  
 ne mestu parentum.

a<sup>o</sup> d<sup>ni</sup> 1596. die Anna Sigismundi primii  
 filia Stephani magni Regis polonorum Coniata  
 peracta multa & laudis plena etate plenaque  
 dierum de hac luce migravit. Cuius corpus ho-  
 norifice ac pompose sepulturae mandatum Cra-  
 coviae eodem a<sup>o</sup> die.

a<sup>o</sup> d<sup>ni</sup> 1596 Spitek Jordan Sapifer Crae. de  
 vita decepsit vir in republ. praclarus ac o-  
 mni laude dignus.

a<sup>o</sup> d<sup>ni</sup> 1599 die nostri iterum Dabo potiti  
 sunt non sine caede Turcarum dubitatur de  
 iudicione.

a<sup>o</sup> d<sup>ni</sup> 1598 die Regis Sigismundi 3 in Sve-  
 ciam

ciam discepus atque ibi pretio victus a Carolo  
patruo iterum in poloniam redijt profugus  
non sine clade nostrorum Beckisio in presidio  
colmairensi relicto sed postea a. 1599 Be-  
kefio superato atque vivo custodie manda-  
tus viri magna laus Beckisii exhibita Stenue  
defendens arcem sed penuria victuali deficien-  
te arcem Colmar tradit & ipse captivatus.

A. D. 1598. die 19. martij 2. hora noctis circa  
plenilunium aprilis nata filiola Katerina sub  
signo 8 ♀.

A. D. 1598 noskates Budam recuperare tentant  
frustra duobus civitatibus positi ut pote  
fildtkinorum sic & alio quodam sed  
iterum cum ignominia coacti abire.

A. D. 1598 die 5. qbris Gen<sup>s</sup> Slavistaus Tsub-  
rowskij e vita sublatus p̄a & placida morte Krie-  
scomiesto.

Andreas Batorius Card. principatu Transilva-  
niae consensu patris positus.

A. D. Slavistaus G. Szonka filius patris na-  
tus a. 1599

A. D. 1599. Andreas patris filius natus die

A. D. 1599. 14. Augusti hora 12 sub signa ge-  
mini natus filiolus Nicolaus luna descendente  
in conjunctionem a. D. 1600. 17. Augu. mortuus

a. D. 1599 michmo palatinus moldaviae co-  
acto exercitu aditus a Cesare Christianorum

et Maximiliano fratre ipsius astutia Malespino pontificio legato Andream Batorum Cardinalem Principem Transilvaniae proelio vix capite mulctatur Batorum et Michno principatus Transilvaniae potiori qui tunc militabant Michnoni victoriae hae potiori large donati. Seclorum paucis tunc pate facta et aliorum procerum.

a. D. 1600 die Michno elatus hae victoriae Valachiae principem ex improvise adortus in fugam convertit polonos complures trucidat fugiente Gulscio illorum profecto Valachia tota potitur deserente eam principe capta per circumulos Soczawa arcis — Thocimo (ut alii tradunt) prodita a Trzaska praefecto arcis — relicto solum in potestate Valachorum principis.

a. D. 1600 Julae Expedicio Joannis Lamoy seu imperatoris Militum in Valachiam contra Michnum ob illatam iniuriam Jeremio Ratakiuo Valachorum et ob necem principis Transilvaniae apud Lamoy sua expeditione ex Valachia Michnum pepulit Valachia potitur tandem et multania seu Moldavia Michnom Transilvania paululum moratur mox in multaniam educit manus cum Lamoy conserit proelio superatur in fugam

fugam vertitur atque toto pene exercitu illius deleto in montibus saxosis latuit pauci ex nostris desiderati. Lambo eius relicto presidio in multania & Valachia triumphans demum rediit in novembri. Dum Exercitus in Multania & Valachia moratur Carolus patrum regius ex Suecia in Livoniam exercitum ducit plurimas civitates in Livonia capit non solum Estoniam sed regnum Polonis ditiones plurimas capit totaque Livonia nostris cunctantibus politur.

A. D. 1600 Turlus palatinus Cracoviensis mortuus insignis Senator. Joannes Potocus capit<sup>s</sup> Kameneen iterum michmonem proelio vicit in fugam vertit toto eius exercitu deleto ad Casarem profugit michmo in Ungaria Casovia visus.

Nicotus filius 17. augusti a<sup>o</sup> 1600 mortuus.

A. D. 1600 Georgius Radziwill Episcopus Cracoviensis Roma (papa Jubileum celebrante) moritur ibique sepelitur ibidemque Rozrazovius Episcopus Cuiavensis moritur & Resca abbas andzeioviensis non sine veneni suspicione duorum thesaurus & famulorum ipsorum est miro artificio astute est spoliatus per invasionem Latronum Ghalorum.

Eodem a<sup>o</sup> Pekiszuis e Suecia in Poloniam rediit. Exemptus a Rege Polonorum Talis senatoribus

Senatoribus qui dum militiæ operam dat in  
multania, e vivis cedit sedens ex multania  
miles egregius.

A. D. 1600 Carolus in Finlandia vel Livonia  
25 arces capit.

A. D. 1601 Die 29 Januarii comitia Varsaviae  
inchoata, ob illatam iniuriam a Carolo patre  
Regio in Livonia & Suecia et ob quædam sus-  
piciones a Cesare Christiavorum factas qui  
miris artificis & quadam præsi bella contra  
Regnum poloniæ movet utpote Michone &  
Carolo ne non Mosco ad id subordinantibus  
si quidem Michno ad Cesarem Chri: amisso  
exercitu profuit machinans peiora nostris  
tum temporis Carolus totam Livoniam oc-  
cupat nostris Comitia celebrantibus. Quibus  
in comitiis publico laudo sancitum ut Jo-  
nes Zamoscius Supr. Imperator Exercitus  
collecto exercitu contra Carolam tenderet captas  
recuperaret sed tum temporis Michno aditus  
a Cesare mala machinatur nostris in Multa-  
nia, Valachia et Transilvania degentibus. Si  
quidem Transilvani repudiato imperio Cesaris  
(cuius exercitus Michnonem e Transilvania  
expellerat) Sigismundum Bathorem ante  
hæc illis dominantem in principem eligunt  
et rursus Transilvania Bathoreus potitur  
e prussia ubi tum degerat ceteri cursu pro-  
perat

properat et principatu politer suum ad expellen-  
dam cesar Christianorum Michonem subor-  
dinat huc causa fuit ut Zamoseius tardius  
e Kamostroie in Livoniam properat numerum  
ut subsidio sit affini suo principi Transilva-  
nia et huic Regno siquidem exercitus Michni  
in Kasrowia latitabat a Cracovia plus vel mi-  
nus 40 miliaria polonica.

a. D. 1601. die Jacobus Siemienius e vi-  
vis sublatus die in Valewice ibidem andreas  
Paczanowius mortuus die 10 aprilis. a. D. 1601.  
vir summa virtute laudabilis et frater amandus.

a. D. 1601. Kristina Kaporzka Klockowis nupta  
4. martij

a. D. 1600 die Filia fratri Sophia nascitur  
Stanislao P Szonka.

a. D. 1601. die martij 4 Sophia Borzechowka  
Weldomo nupta.

a. D. 1601. Locenhaus ab obsidione liberatus per  
Palatinum Vlnensensem ibique Carolus cum suo  
exercitu fusus qui subsidium ferrebat obsepsis  
in Civitate Locenhaus qua capta omnesque ex  
Civitate edierant dimissi a Carolo Chodkiewiczio  
et ejus exercitu interfecti.

Joannis Zamosey expedicio in Livoniam  
a. D. 1601. qui dum Julij in Lemiatice per-  
noctasset fato quodam fracto transita per quem  
supra ascendebatur Ruina multos oppresserant

ni Piastovius Marszalkus Zamosey ei subsidia  
 ferret seque ruinis obiceret protecta udore im-  
 peratoris que nuda Lofia de Wisokie Kasrow-  
 ska udoris Nicolai Kochanowsky pedem collide-  
 runt ex qua collisione & fractione pedis vitam  
 cum morte soror amanda Kofia Kochanow-  
 ska commutavit a. D. 1601 die 29 Julii non si-  
 ne moerore maximo mariti sui & aliorum a-  
 micorum.

Annus hic 1601 magnis imbribus et pluvius  
 molestus fuit omnibus tam agricolis quam e-  
 tiam alij generis operarijs nec non militi-  
 bus et in ea expeditione multum militibus  
 nocuit que pluvie a festo divi Jacobi ad fes-  
 tum S. martini duraverunt vix aliquod diebus  
 tranquiles. unde magna incommoda tempore  
 messis homines patrebantur & hieme circa fe-  
 sta et andrea avena ciceres et hordei colige-  
 bantur et in horrea devehabantur nive multo  
 iam terram totam cooperto Hoc etiam anno  
 pestilentia grasabatur per omnes partes Po-  
 lonie fames etiam & anone caritas magna  
 fuit hoc anno. et bella multis in locis pre-  
 sertim in Livonia multania Transilvania  
 et Ungaria. Hae expeditione Livonica pul-  
 sus est Carolus e Livonia, Riga ab obsidio-  
 ne liberata, & alia complures areas seu ca-  
 stella e possessione caroli erepta quodammi  
 eius

eius fide permanserunt ab illo munita a nostro milite obsepta sed pro hiemis asperitate hoc anno non recepta.

A. D. 1601. Michael seu Michno cesus a Drinus Tribatta post victoriam ex Sigismundo Principe Transilvaniae et sic vitam finivit vir bellicosus, et sic austriaca domus suis recompensat gratiam ut et Kinslat monacho.

A. D. 1601. princeps Multaniae ex Multania pulsus a subditis suis Borowius et iterum per potocium camenecensem capitaneum in Multaniam restitutus Borowius superatis et in montana pulsus.

A. D. 1601. Jacobus P Szonka natus die filius Klawistai B Szonka ex Wallachia in Multaniam causa conciliandi Borowiorum et principis Multaniae abierat. Ioannes Tarnovius praefectus militum polonorum in Multania cum 300 selectis cum quibus militabant Inopkowius Wasicinus et alii hi omnes contra pacta et fidem capti et a Borowijs detenti atque male tractati et nonnulli capite plecti, nonnulli egerant e vinculis unde et ipse Tarnovius fato quodam elapsus.

A. D. Borowij pellunt palatinum ex Multania hi denique ipsi alium caesares favore creant ipsique Borowij male post tractantur.

A. D. 1602. nata filiola Margareta die quo exactus semilertio a. 1. Januarij A. D. 1605 est

vis sublata.

1602. patri Stanislao nata.

1603.

a. D. 1605 Comitia varstavia celebrata ad perfectionem non venerant causa quod Joannes Lamossky pro libertate publica adunum Regis & eius agentatorum in se concitavit obponens se pro libertate publica. - (?) -

a. D. 1605. die 3. Junij Joannes Lamossky cui par hoc aeo in polonia nemo existit magno cum moerore proborum & vita sublata multa ac longeva laude dignus fuisse tamen nonnulli et eius morte utpote Regis auctoritates exhiberati, qui Nova Zamosca honorifice sepultus 30 Junij.

Cuius mortem clades magne subsequuta sunt poloniae regnum quater enim Tatarico ac in eam incursionem faciunt iteratis vicibus onusti praeda & ingenti captivorum numero illi domum revertuntur magna calamitate podolia nec non volinia partes affecta tum temporis Rex curam agit matrimonij contracti

27.

contracti cum domo austriaca totus eo incum-  
bit ut splendido apparatu atque comitatu ex-  
cipiat advenientem sponsam tremente ac e-  
nilante tota Russia et minore Polonia.

a. D. 1605. Carolus iam Rex Svecie coronatus  
cui ante non successit obsidio arcis Bialita-  
miensis nam eius exercitum Chodkiewicz fudit  
et ab obsidione liberavit. Ille collecto in Sue-  
cia ex finitimis 14,000 exercitu in Livoniam  
cum duxit Rigam obsidet et vastat hostili  
manu circumiacentia sed ne Chodkiewicz  
illi negotium impediatur qui tum cum 3500 oca-  
sionem querens pene latitabat ille cum 14,000  
exercitus omnia obsidione querit ac invenit  
suo malo sub Kierchol arce qui eo animad-  
verso uti se desperata suos ad prelium eduxit  
adhortatur virtutis commissoque prelio victor  
Chodkiewicz evadit in aere 9000 occisa  
a polono milite reperta multi in fuga cedi  
Carolus sauciatus fuga salutem petit du-  
ces aliquot occisi 500 capti sic Chodkiewicz  
ab obsidione Rigam, vastationeque totius  
Finlandiae liberat 27.bris suis vix centum  
amissis.

a. D. 1605 nata filiola Marianna die 30. 8<sup>bris</sup>  
sub signo gemini post plenilunium.

Mareus Sobieski Palatinus Lublinensis  
vir omni laude celebrandus ex hac vita mi-  
gravit a. 1605 die 10. 9<sup>bris</sup> Anom sequentes

Jacobus

Jacobus Snoplowthy Tribunus Chermensis die  
 Anno 1605. Demetrius Jwanowich filius Jwani  
 Wasilowich a polonis praecipue a Jo. Georio  
 Munisnek palatino Sandomiriensi in monar-  
 chatum moschoviensem abductus & coronatus  
 in moschovia Ducem. Qui cum liberis ope-  
 ram daret in Gymnasio quodam iussus a  
 Boriso Odone per fraudem necare Divino in-  
 stinctu ille alium sibi similem in lectulum  
 quo solitus erat decumbere fortuite locat in-  
 terim venit (vel ipse Odon) cum carnificis &  
 necis consocijs loco Demetriy necans alium  
 puerum et sic sanguinosum sepeliunt illo  
 sic effugiente ut vix uno illius preceptore  
 illum secuto atque in maxima inopia men-  
 dicans cibum victum & amictum queritante  
 in Poloniam profugit ibique aliquot annis  
 incognitus latuit. Cum vero ad annum vice-  
 simum pervenit laudem nonnullis et suis  
 familiaribus polonis rem patefecit & inte-  
 rim artibus liberalibus operam dedit sic  
 q. demum Visnivecio rem detulit ab eoque  
 honorifice eductus amictu vestitu splendi-  
 dore mentus et in honore est habitus. Mox  
 demum Palatino Sandomiriensi patri usoris  
 suae Visnoocius rem indicat qui illum Lam-  
 boriam deducit magno cum honore exceptus  
 Regi Sigismundo denuntiatur cumque iussu Re-  
 gis

gis Cracoviam venit a rege honorifice ex-  
 ceptus muneribus donatus et ad agrèdiendum  
 iter in moschoviam adiutus Tandemque ad  
 Anni 1604 cum multis copijs ex polonia in  
 moschoviam proficiscitur iamque fines Polo-  
 norum transgressus est. Obviam ei mittit  
 Odon exercitum magnum quo deo favente  
 superato arces munitas et opida capit ali-  
 quod tum temporis Odon aliquociens exerci-  
 tum contra ipsum mittit quem Demetrius  
 cum paucis polonis superat quo animadverso  
 moschy plurimi veniunt illique adherent. O-  
 don pertimescens per legatos plurimis prin-  
 cipibus de re desperata conquestus inque Po-  
 loniam legatam mittit ut ab incerto polo-  
 ni desistant, milites revocent sollicitat Re-  
 gem et proceres. Sed dum ille hac in re plu-  
 rimum laborat Deo resistere videtur. Cum  
 enim multis principum oratoribus qui tum  
 aderant huius rei causa conquereretur ecce  
 in fauce omnium desperata morte occubuit  
 Quo animadverso moscovite omnes unanimi-  
 ter Demetrium Dominum suum heredita-  
 rium in principem eligunt uxore d filio  
 Adonis mortis sibi concessis d ennecahis.  
 Dumque cum omnes protuo Domino agnos-  
 cunt in Regiam deducunt summoque cum  
 honore exiunt ac in suum Ducem usita-  
 tis

40.  
his ceremonijs coronant. Qui putas quanta leti-  
ticia quo cum gaudio in Regiam tam ipse  
princeps tum poloni eius affectu affecti sint  
qui enim modo mendiculus et conditionis tenu-  
issimus vir fuit nunc princeps creatur im-  
perium ultra quem alius monarcha non est  
suscipit. unde videre licet non esse condi-  
tum contra dominum. Demetrius au-  
tem ne se ingratum beneficii accepti osten-  
dat legatos in Poloniam cum muneribus  
Regi & Palatino Sandomir. militi filiam Pa-  
latini mariannam in matrimonium propo-  
sit se regi polono fidelem vicinum esse  
offert. Rex re deliberata palatino Sen-  
domiriensi ut filiam Demetrio principi  
moscovitarum elocet concedit atque ita u-  
trinque hac in re legati mittuntur. Tam-  
dem 22 novembris a. D. 1605 marianna  
mniskowna palatini Sandomiriensis fi-  
lia Cracovia in conspectu Regis & sororis  
eius nec non filij Lodovici multorumque  
Legatorum atque procerum polonorum sum-  
ma cum solennitate in matrimonium datur  
offanasio legato moscovitico Vicem tunc e-  
gerenti hoc in actu domini sui magnis cum  
ceremonijs quod sit faustum ac foelix ut  
hae duo gentes quae multis ab annis pluri-  
mum sanguinem inter se vario Marte effude-

runt

vult sic in unum veniant ut sint maximo  
terrori turæ immani atq; horribili hosti  
Christianorum.

A. D. 1605 die 11. Decembris Sigismundus Rex  
Polonorum in matrimonium ducit Caroli  
filiam Constantiam Archiducis Austriae so-  
rorem germanam uxoris prioris sui ma-  
gno cum sumptu atq; apparatu qualis sumptus  
ante hæc nunquam legitur. Multi proce-  
res splendidissimo equitatu conveniunt no-  
vamque Regiam cum matre atq; sorore  
ante Cracoviam excipiunt inque Regiam satis  
splendide adornatam una cum rege deducunt  
quinqueq; hebdomades vel plus splendide  
et laute epulatur. Tandem 12 January ma-  
trem cum filio Maximiliano Archiduce ac  
filia Transilvanie ducis uxore domum mu-  
neribus onustos dimittunt. Quos ultra Sve-  
cicum Rex cum Regina magno cum onere  
deducunt nunquam rati sese visuros.

A. D. 1605. 13. Decembris fratri Stanislao fi-  
lius Christopherus natus sub signo aquario.  
Annus 1606 multorum admirabiliorum ve-  
rum clarus & celebris. Comitibus Varshawie  
inducuntur que non finita propter non sa-  
tisfactionem Nobilitatis libertatibus a  
Rege exorbitantibus multa inferuntur  
quibus Rex non satisfait & ideo Stanislaus

Lebridowsky

Hebrzydowski Palatinus Cracov. conventum sub  
 Steyera celebrare instituit hoc pote animo  
 ut nobilitas universa conveniat ibi inde re-  
 cta omnes eant warszaviam pro reparatione  
 exorbitantium agant & ut quodam arcana  
 practica ratione absoluti Domini & com-  
 mutationis Regni patefiat. Sed cum nobi-  
 les non conveniunt exceptis quibusdam per lit-  
 teras scriptas Hebrzydowski Senatui in Comi-  
 tijs adhortatur mittitq<sup>m</sup> per Baranovium Epi-  
